

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Notanda quæda[m] circa ariditates & gustus in Oratione. C. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

## VII. DE ARIDITATE IN ORATIONE.

535

*minus videt*: Cara tamen Deus est, et si distracta.  
Declaravit hanc veritatem Christus D. S. Gertrudi, hoc similitudine conferens soli contemplationi deditas animas pueris, alios vero ex Dei amore occupatos in exterioribus, Principibus, Ducibus & militibus Regum. *Sicut*, inquit, *Imperator aliquis* propotens non solum delectatur in palatio suo habere pueras delicatas & ornatas, sed etiam ordinat Principes, Duces & milites, aliosque diversis operibus apertos ministros, quos singulos in palatio suo semper habeat ad diuersa negotia paratos; ita & ego non solum delector in interioribus deliciis contemplationum, sed etiam diversis exercitis viuum negotiorum, quo sunt causa mei honoris & amoris, alius ad commanendum & deliciose conuandum cum filiis hominum, quia talibus magis excentur in charitate, patientia & humilitate, ceterisque virtutibus. Hinc videt illum, cui maior cura incumbebat coram Domino residentem, quasi sinistro latere innitementi, qui sapientia incommode erigens se Domino cum manu sinistra, cui incumbebat, aureum numnum gemma pretiosa insignium offerebat. Et ait Dominus ad eam: Ecce si ego hunc grauamen pro quo oras alleuiarem, tunc ego tam nubila gemma qua mihi placet, in nummis isti, carem, & ipse ea in remuneracione fraudaretur, quia runc dextrâ manu tantummodo offerret mihi nummum sine gemma, ille enim offert quasi simplicem nummum, qui sine aduersitate & tamen de voluntate divina in omnibus operibus suis Deo intendit: sed ille qui in singulis operibus suis premittit aduersitate, & tamen de divina voluntate non discordat, alle offert Deo aureum numnum cum probatissima gemma. Sic Rex pluris facit suum militem, quem hostis percutit & abstrahere conatur ab obsequio Domini, vel a colloquio, ad quod ab eo vocatus est, quam alterum, qui cum illo loquitur, nemine impedito. Sic in casu nostro, oratio est colloquium cum Deo ut docent Sancti, ariditates sunt percussionses hostis infernalis, per quas nos abstrahere conatur a Dei conuersatione. Qui arideantur sunt sicut milites honorarij, qui non accepto stipendio a Rege, pugnant pro eo, & cum comitantur. *Charitatem militis ad Imperatorem suum indicat bellum*, inquit S. Iohannes Climacus, monachi vero charitas ad Deum, maximè ex tempore, quo astat oratione, deprehenditur. Magnum stipendium est consolationum copia. Ideo insistentem querendae deuotioni tunc adsit, ut non, consolatio, ut docemur Regula 22. Summarij. Et propter obedientiam prescriptum, & charitatis ergo proximum exercitium, quandoque ipsa oratio deferenda est; & ut inquit S. Teresa, in publico & conuersatione cum aliis, elucescit amor, & non in angulis & latebris, at medias inter occasiones: est plures ibi occurrant imperfectiones (quoniam & parai quidam lapsus & concusione) lucrum certè nostrum incomparabiliter maius est, si id fiat ex Superiori mandato, & charitate mouente: & eo maius, si post multos labores ex obedientia & charitate suscepimus, pura intentione maioris Diuini obsec-

qui, succedant ariditates in oratione. Vnde nō 29.  
immetriō P. Balthasar Aluarez in suo libello c. 3 p. 25.  
cælestium lumenum scriptum reliquit, ut ha-  
betur in vita eius: *Inquietudinem quancunque in  
oratione mibi occurrentem (puta abs te non cau-  
satam) martyrium reputabo, & ut talem fortius su-  
stinebo: præbens in hoc modo multorum experimen-  
tum, quæ in aliis orationibus obtuli, sustinendi, & tol-  
erandi amore tui. Nec obstat, quod tempore ariditatis  
non sentiatur ille deuotions fervor, qui  
sentiri solet tempore consolationis: tum quia,  
dum generosè toleratur ariditas, ex culpa no-  
stra non proueniens, fervoris beneficio toleratur,  
et ille non sentiatur: tum quia animus, si  
adit, Deum feruenter colendi & amandi, acce-  
ptus est valde Deo, non minus quam consola-  
tione plena deuotio. Nam vt ait S. Leo: *Nec in L. de iei.  
spiritualibus lucris angustia grauabitur fructum, si decimæ.  
secunditas non arescat animorum. Oriatur de cordis  
agro, quod terra non dedit. Semper illi quod largiatur  
occurrit, cui bene velle non deficit. Et alio in loco: L. 3. de iei.  
Dominus noster quia iuslus est inspecto animorum, cod.  
non impendit solum operis, sed etiam affectum est re-  
muneratus operatis. Denique quamvis nullum  
fios in oratione fructum percipere sentiamus,  
soletur nos verum monitum S. Ioannis Clima- gr. 18.  
ci: *Noli, cum in oratione perduras, dicere nihil profici.  
Iam enim satis profecisti. Quid enim sublimius esse po-  
test quam adhædere Domino, atque in hac cum illo iu-  
giter perseverare?***

## C A P V T S E X T V M.

*Notanda quadam circa ariditates & gu-  
stus in oratione:*

**C**ERTUM esse debet, non bene loqui eos, qui 30.  
dicunt sibi non successisse orationem, qua-  
do non habuerunt in ea gustus, sed ariditates  
involuntarias, & distractio[n]es. *Cum aliquando S. I. c. 19.  
Gertrudis à Domino non esset visitata, nec tamen gra-  
uare id ferret, oportuna occasio data, vnde hoc esset,*  
*Dominum interrogauit: cui Dominus respondebit: Vic-  
ticas nimis quandoque amicos ne se mutuo queant  
perfectè contueri, præpedire solet. Verbi gratia: Si quis  
amicum aduenientem amplexatur, sit interea ob ni-  
miam coniunctionem, ut delectatio virüs impeditatur.  
Hoc illa audiens, mox incollexit, subtractione gratia  
meritum hominis, quandoque multis variis augeri, si  
tamen subtracta illa gratia, homo bene agendo, ac se  
mortificando, non inuenitur signior, licet cum labore  
runc operetur, grauamenque maius sentiat. His simi- lib. fun-  
lia docuit S. Teresa: Incidi, inquit, in nonnullos, dat. c. 5.  
quibus omne negotium in sola cogitatione sicut vide-  
tur, quoniam si in Deo valde desixam habere possem, ta-  
mentis sibi, quoniam maximam vim inferentes, statim sele  
spirituales esse existimant: si vero eam altiorum auer-  
tant (quia id impidere nequeant) esto ob res valde bo-  
nai, quamprimum contristellantur, & anguntur, segue  
Y y 4 perdi-*

perditos esse arbitrantur. Qui vero docti sunt, huiusmodi ignorantia & insititia non laborabunt, tamen si etiam incidet in aliquem, qui crassa haec ignorantia detinebatur. Non dico, insignem Dei gratiam non esse, cogitatione semper in spiritu defixam & occupatam habere, deq[ue] eius operibus assidue meditari posse, in modo vero bonum est, id ipsum facere committit. At sciendum est, imaginationes omnes, naturaliter ad hoc habiles & aptas non esse, animas tamen omnes ad amandum idoneas esse. Ex propter anima profectus & fructus, non tam in multum cogitando, quam in multum amando consistit. Si autem scis, tamen, quomodo amor hic acquiri possit; Respondeo, serio efficaciter, propter Deum operari, eque ac pati, tum proponendo, tum id, cum ad hoc se offeret occasio, re ipsa exequendo. Quocirca cum aridatum & distractionum involuntariatum impetus servis Dei, dominum Deum suum exercitio orationis exhilarare cupientibus (quia molestus est) patientia materiam prebeat, si haec molestia contra voluntatem innolangs, & quo animo feratur, & nihilominus mens ab orationis praeclarior opere non delistat, sed nauiget contra ventum; efficaciter & operabitur & patientur propter Deum: & talis oratio ceteris paribus, est melior, propter causas supradictas, quam quae haberei consolations sensibilis; que saepè oriuntur a demone, vel a nostra complexionis teneritudine (vti contingit in sanguineis & ad amorem proclivibus) & vt ait S. Ioa. Climacus, quandoque demones, cum saturitate distenti fuerimus, compungunt nos, rursum cum ieiunauerimus, obdurant, vt seducti lacrymis, parenti virtutum gulse, ac deliciis nos ipso exponamus. Et alio in loco, in potu, inquit, vni hilares, atque ad communionem proni ac faciles sumus. Quia de re peritus vita spiritualis Magister Richardus bene docet: Dulcis, inquit in Deum affectus, quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius, quam gratia, cordis, quam spiritus, sensibilitatis, quam rationis: ita ut magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad maius, & aliquid quod sapit amplius, quam quod expediret. Hoc affectu errabant discipuli, & carnaliter Deum diligebant, cuius presentia carere nobilant. Vnde etiam non diligere arguerantur, qui quod delectaret magis, quam quod expediret, amplectebantur. Sic affectus interdum carnalis aliquis & imperfectus ad Deum affectur, non quod valde diligat, sed quia dulcedinem gratiae degustat: quod quantum durat, tantum iuvat, quantum durat dulcedo, durat & dilectio. Sed non agnoscerut in bona amicu. In die namq[ue] ista Dominus quidem misericordiam suam mandat, sed in nocte temptationum & laborum, declarat, quantum quisque diligit. His similia tradit S. Bernardus dicens ab Apostolis Christum amatum doliciter, sed minus prudenter: amatum carnaliter, sed non rationabiliter: & talen amorem appellat dulcem quidem, sed seductibilem.

Ad hoc caput referenda est extorta deuotio, & veluti coacta, quam inculti tirrones, etiam cum detimento sanitatis, in se conantur excita-

re, fatigando caput & peccus. Talis demotio quia indiscreta & inordinata est, non est a Deo, sed vel a natura, vel a demone, admiscens se prius cogitationibus suauiter a Deo excitari solitus. Quod sic præclarè describit Thomas de Kempis: Quidam, inquit, incauti, propter denotionis gratiam, seipsostruxerunt, qui plus agere voluerunt, quam potuerunt, non pensantes sua paruitatis mensuram, sed magis cordis affectum sequentes, quam rationis indicum. Et quia maiora presumperunt, quam Dio placitum fuit, idecirò gratiam citè perdiderunt. Falsi sunt inopes & viles relieti, qui in calum posuerunt mundum sibi, vt humiliati & depauperati discant non in aliis suis volare sed sub pennis meis sperare. Qui adhuc noui sunt, & imperiti in via Domini, nisi consilio discretorum se regant, faciliter decipi possunt & elidi. Ideo monuit Abbas Ilaac apud Cassianum. Ne Coll. quaquam debet extorqueri prefatio lacrymarum, nec cap. 10. exterioris hominis affectandi sunt stetis, qui etiam si fuerint vicinique produci, numquam peringere ad illam spontaneam lacrymarum potuerint libertatem. Magis enim supplicantis animam suis conatibus distractientes humiliabunt, atque ad ima demergent.

Ideo Sanctis solent esse quandoque suspectæ dulcedines & consolationes in oratione. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis, non suadet eas optare, sed illes tantum, que excitant ad amorem laborum & crucis, & ad impletionem Diuinae voluntatis, ac desiderium honorandi Deum. Dicebatq[ue] Deum non inneniri in suavitatibus, sed in vera virtute: & hanc non acquiri dulcedine, etiam in rebus spiritualibus, sed locum vera virtutis, esse in aruminis, angustiis, & tribulationibus magis intensis. Nec credebat illa amarabilem, quia tota vita per dulcedines dicebantur peruenisse ad perfectionem: quia aiebat se scire, non esse veram patientiam, humilitatem, puritatem, mansuetudinem, charitatem, que non habuit contrariaj probationem tribulationis immisæ, vel a Deo, vel a creaturis, vel a demonibus: & sine hoc, non fore veras virtutes in anima, sed fictas; & successu temporis non remanserant effigiem virtutis. Hæc ista Sancta præclarè docuit diuinus edicta. Simus ergo contenti dum Deus inuitus nobis, sine nostra culpa præsenti, immixtis desolationes, aridationes, distractiones, nos ab attenta oratione auocantes. Atque id est. S. Thomas quarens, an sit de necessitate orationis quod sit attenta? Respondeat: Ad meritum orationis non ex necessitate requiratur, quod attendit per totum, sed vi prima intentionis, quando aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam, sicut in aliis meritoriis actionibus accedit. Et ad hoc, vt oratio impetrat, sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit: si autem prima intentio deficit, oratio nec meritoria est, nec imperativa. Quocirca qui tempore aridatum, involuntariatum, & distractionum quibus resistit, acriter, perseverat in oratione, solidum Deo amorem exhibet, etiam si sine illa, quam experit attentione ore.

Quod etiam talis oratio sit satisfactoria, id docet Nauarrus Tract. de orat, & alij moderni & circa

## VII. DE ARIDITATE IN ORATIONE.

537

*l. cap. 5.  
pum. 8.  
c. & de  
ocat.*  
circum articulum illum S. Thomæ , cum Suario  
tomo 2. de religione. Hoc videtur insinuare S.  
Nilus: *Cum mens tua multo Dei desiderio paulatim se  
a carne subducit , omnesq; ex sensu aut memoria aut  
corporis temperatione ortas cogitationes repudias , tunc  
te existima appropinquasse terminos orationis,hoc est,  
alsecutum esse fines orationis tres, qui sunt, me-  
re, impetrare, & satisfacere , & quod inde se-  
quuntur omnes virtutes introducere, & ex terrestri  
homine facit cœlestem. Atque ita, non est ac-  
cedendum ad meditationem unquam cum desiderio gustuum & metu ariditatum , sed cum  
indifferentia & animi generositate , quæ dæ-  
moni valde displiceret, & Deo placet ; & sic ac-  
quiritur magna pax animæ & dominium quad-  
dam sui & libertas spiritus. Et tales dæmon non  
facile expugnat, quia videt animosos , ut bene  
obseruavit S.P.N. Ignatius de discretione mo-  
tuum animæ scribens. *Spiritus enim sanctus, ut ait  
S. Nilus, dolens nobiscum infirmitatem nostram , et  
iam ad nos impuros(hoc est, plenos, cogitationes  
non puris à dæmonie excitatis) venit : qui si  
mentem solam fudose orantem reperiat , ascendet in  
eum & totam multitudinem cogitationum aut notio-  
num, que mentem circumdant, dele. Quod si ad ex-  
ercitum humilitatis & patientiae nostræ delere  
noluerit, solentur se qui eo modo , Dei causa,  
distraicti officiis, distraictiis non sentiunt sua-  
uitatem dulcem spiritus, solentur se , inquam,  
pulchram illa similitudine dicta à Domino S.  
Gertrudi: *Si sponsa accipitribus sponsi quandoque es-  
cam procurat, non ob hoc omnino ipsius amplexu fru-  
stratur.***

*Reg. 12.  
c. 159. de  
ocat.*  
l. c. 13.  
iusta diu-  
pct.

32. Ad complementum huius Tractationis no-  
tanda sunt duo diligenter.

Primo notandum est, dum tempore aridita-  
tum aliquis pius actus elicetur, vel spei, vel fidei,  
vel patientie, vel humiliacionis , vel resignatio-  
nis & conformitatis cum Diuina voluntate, hoc  
ipsum esse devoutam orationem , & habentem  
consolationem , non quidem illam quæ est in  
parte inferiori, que etiam, ut monui, & à natu-  
ra & à dæmons prouenire potest , sed mental-  
em, abstractam à gustibus sensibiliibus, quæ est  
perfectior quam sola sensibilis. Et ita S. Ignatius  
in quadam illustratione scriptum reliquit , se  
Angelorum more sensibile quamdam devotionem,  
non minorem quam soleret sensire, dum  
lacrymareretur in oratione. Et de tali mentali  
consolatione loquitur Petrus Matteius , & Pe-  
trus Ribadeneira, dum dicunt S. Patrem Ignati-  
um, etiam dum non ficeret, id est, dum non sen-  
tiret gustus sensibiles orationis , tamen devo-  
tionem habuisse. Vera enim devotio non con-  
siste in gustibus, & potest esse, ac solet, sine illis;  
sed sita est in voluntatis promptitudine ad omnia ea,  
que pertinent ad samulatum Dei, ybi docent Theolo-  
gi cum S. Thoma: quod potest esse sine vlo-  
gultu, immo cum maximo animæ tædio, sicut fuit  
in Christo, quando in horto orans patiebatur

tristitiam, timorem, tedium, & agoniam, &  
tamen tunc erat devotissimus , quia etiam con-  
formis Dei voluntati: unde dixit : *Verumtamen  
non mea, sed tua voluntas fiat.* Et ita benè S.P.N. 34.  
Ignatius ait, consolationem dici posse, *Fidei, Spei,* Reg. 3.  
*& Charitatis quolibet augmentum :* hæc autem mot-  
augentur, etiam tempore ariditatum , dum ea  
patienter & libenter, propter Deum tolerantur.  
Hoc sensu dixit B. Laurentius Iustinianus : *Hoc de disc. &  
definiendum est , quod nec laudabilis vita fine deuo-  
tione esse valet, neque vera devotio fine recta vita sub-  
sistit.* *con.c.19.  
col.4.*

*Quæ doctrina confirmari potest Diuina vi-  
sione quam celebris S. Scripturæ Commenta-  
tor, & rerum Diuinorum Magister, Luisius Le-  
gionensis, addendam iudicauit vita S. Teresiæ  
ab ipso amet conscriptæ, post caput eius quadra-  
gestimum. *Quadam die (inquit S. Teresiæ) Dominus pag. 299.  
mibi ait: Put asne filia meritum in fructuone & gau-  
dio fructu efficiunimēnam non nisi in operando, patiē- 1616.  
do & amando situm est. Non audisti Apostolum Paulum amplius quam semel gaudio celesti fructum, &  
sepius paup' esse; vitam quoque meam passione ple-  
nam fuisse vides, & non nisi semel in monte Thabor, in  
gaudio me fuisse audis. Noli putare, cùm matrem meā  
me suis in vlnis continentem vides, illam sine magna  
amaritudine & tormento illo fructuam gaudio fuisse,  
iam inde enim ab eo tempore, quo Simeon illam doloris  
gladio transfigendam dixit, claram ei Pater meus  
lumen infidit, quo illustrata videres, quid mihi patien-  
dum esset. Egregij quoque Sancti , qui in deserto vixe-  
runt, quoniam à Deo dirigebantur, & impellebantur  
grave tum à dæmonie, tum à seipso certamen patiebantur:  
propterea in his omnibus, longo tempore, omni con-  
solatione spirituali destituti erant. Hoc ergo velut cer-  
tum crede filia, quem Pater meus maxime diligit, huic  
plus laborum & afflictionum submittere , & labori  
amorem conformem esse. Et infra. Cūm me illa die  
orationi dare capissim , ita caput mibi doluit, vt im-  
possibile mihi videretur orationem prosequi. Tum ait  
mibi Dominus: hinc passionū & afflictionis mercedem  
colliges: quod enim inepta & indisposita essem ad me-  
cum loquendum, hinc ego tecum locutus sum, teq; con-  
solatus.**

*Ad huius veritatis confirmationem , valer  
plurimum doctrinæ tradita à B. Catharina Ge-  
nuensi (cuius vita lectio magni fiebat à nostro  
B. Aloysio Gonzaga,) hæc Sancta in prima par-  
te dialogorum , scriptum reliquit tamquam à  
loquente spiritu ad eius humanitatem: *Noueris,  
quod in rebus spiritualibus percipiendis ac gustandis, 35.  
mul'ò magis, quam in corporalibus mihi formidanda  
est iniustitia. Spirituales enim sub specie boni, hominem  
atrahant, nec potest illi nisi admidum difficulter per-  
suaderi, aliud ipfis, quam bonum inesse. & ita homo ex  
illisqua à Deo procedunt, donis eius se recreat, ac pascit.  
Veritatem autem dico tibi, quod tam nudè ac simpli-  
citer aique fieri potest Deo fruatur, talia necesse ait  
fugere debet; cum puro Dei amoris venenum sint. Sane  
gustus ille spiritualis, magis quam diabolus cauendas  
est.**

est, quandoquidem ubi adhuc, morbum generat incurabilem, homine ignorantem, atque dum bene secum agi opinatur, non animaduertit, quod ipsi impedit perfectionem bonum, quod est Deus ipse parus, nudus, sine participatione hominis. At gustus corporales, quia cvidenter spiritui sunt contrarii, non possunt se sub imagine boni ab condere: proinde tantoper ipsos non pertimesco. Tales erant gustus illi, quos dæmon S. P. N. Ignatio danti operam Grammatica ingerens, eum à literarum studio auocabat, quos ille & precibus & humiliatione à se abegit, ut scribūt in eius vita Maffei & Ribadeneira. Sed & ad diuinis consolations cautela opus est, quam tradidit S. Ioannes Climacus: *humilitatis manu adueniens gaudium ab te vi indignus abiit, ne forte dam minium facili ad suscipiendum es, lupum pro pectori suscias.*

36. Secundū notandum est, etiam sanctos viros pati solere aridates magnas sine praēiudicio virtutis ac perfectionis, & ita verum est, quod 1.2. de im. scribit Thomas de Kempis: *nullus sanctus vñquam fuit, tam alè raptus & illuminatus, qui prius vel postea non fuerit tentatus. Non enim dignus alti Dei contemplatione, qui pro Deo non est exercitatus aliquā tribulatione.* Antiquior eo S. Bernardus: *constat, inquir, in anima fieri huiusmodi viciostinnes euntis & redeuntis Verbi, sicut ait: Vado & venio ad vos.* 1.3. cap. 32. Item: *Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.* Idem videtur etiam alibi dicere. *Imō de se ipso sic scribit, Ab heri & nudiusfieri inuasit me iste languor animi, & mentis hebetudo, insolita quadam inertia spiritus &c.* Exaruit cor meum; coagulatum est sicut lac: factum est sicut terra sine aqua. Nec compungi ad lacrymas queo, tanta est duritas cordis. Non sapit psalmus, non legere libet, non orare delectat: meditationes solitas non inuenio. Hinc B. Laurentius Iustinianus, Neminem, ait, tam sanctum, tam in amore precipuum, tamque dilectione ignitum ac dilectum esse, qui amoris viciostinu non subsecutus. Loquitur autem ibi de devotione sensibili, cum qua solet esse coniunctus sapidus & dulcis gustus & affectus amoris. Dum ergo aridus es, iuxta consilium Thomae de Kempis, non statim desperes, sed cum humilitate & patientia expellat calorem visitationem; *quoniam potens est Deus, ampliorum tibi redonare consolationem.* Ut enim idem Dei nomine scribit alio in loco: *Dupliciter soleo electos meos visitare: temptatione scilicet & consolatione: & duas lectiones eis quotidie lego, unam increpando eorum virtus, alteram exhortando ad virtutum incrementa.* Tamen verum etiam est, nonnullis Dei teruis, per multos annos tribui perpetuam deputationem, etiam sensibilem, & consolationibus plenam in oratione, & numquam eos pati aridates. Sed ut loquitur S. Dionysius Areopagita: *Divina sapientia, uis qui ad ipsam accedunt, abundantiam & perpetuorum coniunctionum affluentibus suppeditat prouiderg copias.*

37. Talis erat inter multos alios Santos in Ecclesia illustres, S. P. N. Ignatius, qui quāuis horā

dies, quando volebat, era denotus, deuotione sensibili, ut de se ipso narravit P. Ludouico Consalvo suo Ministro; & is scriptum in eius vita reliquit. Talis erat S. Xaverius, teste Turse. 1.6. c. 5. lino in eius vita, & Processibus Canonizationis.

### CAPUT SEPTIMUM.

*Quibus soleat concedi à Deo oratio sine ariditatibus.*

38. **D**at Deus hanc deuotionis sensibilis gratiam, seu ut loquitur B. Laurentius Iustini de via nianus, ut gustu sapido gustem diuina, quadruplici solitudo, hominum generi.

Prīmō, innocentia vita & puritate virginali ornatis, idque non omnibus talibus, sed non nullis, prout ipsi placet. *Ambulare enim, inquit S. Bernardus, in ferore conuersions cum peccatorum modis graui onere impossibile est.* Habet Ecclesia Dei, inquit, idem S. Bernardus, *spirituales suos, qui non modo fideliter, sed & fiducialiter agant cum Deo, quasi cum amico loquentes, testimoniorum illi perhibente conscientia gloria eius.* Quinam illi sint, id quidem penes Deū: tu verū audi qualē te esse oporteat, si talis vis est. *Da mihi animam nihil amantem præter Deum,* & quod propter Deum amandum est; *qui vivere Christus, non tantum sit, sed & diu iam fuerit: cui studij & otii sit, prouidere Deum in conspectu suo semper, cui sollicie ambulare cum Deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit, & facultas non defit: da, inquam, talen animam, & ego non nego dignam, sponsi cura maiestatis respectu, dominantis favore, sollicitudine gubernantis, & si voluerit gloriari, non erit insipiens: tantum, ut qui gloriat, in Domino gloriatur. Et infra: *Igitur, qualē te paraueris Deo, talis oportet appearat tibi Deus Bonus es Domine, anima querentis te occurrat, amplecteris, sponsum exhibet, &c.* Quod potissimum experientur, qui cum virginali innocentia, coniunctam habent plenam abnegationem omnium creaturarum. *Hec enim, ut scribi S. Teresa in fundationis libro, animam Creatori suo magis quam aliud quolibet, coniungit & unit: quod nonnumquam mundanam conscientiam habere studeat. Non erat necesse hanc particulam me adiungere, cum ē qui abnegationem veram habent, impossibile mihi videatur esse, ut Dominum offendiculum omnia eorum opera & verba, ab illo ne vel minimū discedant: unde etiam maiestas ipsius, ab iis se subtrahere nolle videatur.**

39. *Hanc quoque deuotionis gratiam dat Deus iis, qui toto conatu conservant in lumina portata ac fuga peccatorum & imperfectionum, corpus & animam suam, suas potentias, sensus ac membra. Quod sponsa dilecti sui, inquit S. Bernardus, ex prerogativa amoris gloriatur impensum habi, repensumq; vicissim à se, quis se liquidò nosse preueniat, nisi qui præcipua puritate mentis, & corporis san-*